



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Maximo episcopo taurinen[is]. Cap[itulum]. ix.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

Liber

¶ apostolus quendam iuuenem ferocem conuersum: cuiusdam episcopo depositi nomine commendauit: et ad partes alias accessit: post alius quod tempus iuuenis relicto episcopo: factus est princeps latronum. Rediens apostolus depositum reperit: et episcopus de pecunia intelligens quasi ignarus obstupuit. Cui apostolus de iuene sibi commendato se querere declarauit. Et dum episcopus iohanni cum rubore factum narrasset: Apostolus eum increpat eo quod malum suo deposito custodem dimisit. Equum sibi parari iussit et ad montem: ubi iuuenis erat: festinus properauit. Quae iuuenis statim recognoscens pro verecundia equum ascendens fugiebat. Apostolus senectutis oblitus equum calcantibus uisger: et fugientem uocari: et ne patrem suum fugiat uel expauescat: post ipsum clamabat. Et ut ad penitentiam rediret dulciter admonebat offensus se pro eo christo responsurum: compunctus iuuenis reuertitur: et cum lachrymis conuertitur: et ab apostolo benigne suscipitur: et in uirtutibus perseverans tandem a magistro episcopus ordinatur. ¶ Legitur etiam ubi supra: quod cum Johannes ephesi balneum lauandi gratia introisset: et ibidem cerinthus hereticum inuenisset inde protinus exiit: quo egresso balneum cecidit et hereticum cum suis oppressit. ¶ Pre-dicationem autem suam miraculis confirmabat: ita ut tactu uerborum eius egri curarentur: et demones fugerentur. Et ut dicit Iheronimus in sua decrepita senectute: uix ad ecclesiam discipulorum manibus ferebat: nec cum plura uerba dicere posset: ad quamlibet pausam hoc solum dicebat: filioli diligite alterutrum. Ibi usque ad tralanti tempora perseverans roratus aie fundauit et rexit ecclesias. ¶ Et cum esset annorum. lxxxij. secundum isidorum. lxxij. a passione domini anno apparuit ei christus cum discipulis alijs: qui facti omnes ad celestia migraverant: eumque ad eternas copulas inuolauit: et dominica futura die ad se illum venturum esse praedixit. ¶ Igitur in subsequenti dominica omni populo ad ecclesiam conueniente: que in eius adhuc in carne agentis nomine fuerat fabricata a primo pulloium cantu usque ad sextam predicauit eiusdem: hortans illos: ut in fide essent stabiles et in mandatis seruantes. Post hec iuxta altare foueam quadratam fieri iussit et terram extra ecclesiam iactari. In qua beatus euangelista descendens et panis manibus gratias deo egit: et oratione deuotissima fudit. Qua finita ranta super eum lux emicuit: quod a nemine uideri potuit. ¶ Recedenteque lumine fouea reperta est magna repleta: quod ibidem usque hodie generat. Ita ut in fundo fouee instar minute harenae scaturire uideatur: sicut in fontibus fieri consuevit: propter quod ipsum in corpore et anima celo assumptum plurimi asseuerant. Eius depositionis dies ab ecclesia celebratur. vi. kalen. ianuarii.

Secundus

De sancto maximo episcopo alexandrino. Cap. viii



Maximus episcopus alexandrinus fuit. Qui satis clarus et insignis de titulo confessionis factus est. Qui et in pace quiescit. vi. kalen. ianuarii: apud eandem urbem condigne tumulatus. hec vsuardus.

¶ De sancto Maximo episcopo taurinensi. Cap. ix.



Maximus episcopus taurinensi. claruit tpe honorij impatoris: qui in homelijs et sermonibus coponen-dis: et in ecclia declamandis studuit eleganter: uir in diuinis scripturis intentus: et ad plebem instruendam sufficiens. In apostolorum laudes

et iohannis baptiste et generales olium martyrum homelias et tractatus edidit. De sancto Eusebio Cersellei. duos tractatus coposuit. Et sancti Eypitiani spalem de baptisimi gratia. Librum de auaritia et hospitalitate. De defectu lune. De elemosinis. De ieiunio seruo: et dei generali. De ieiunio speciali quadragesime. De eo quod in Esaiam scribit. Laupones tui miscet uino aqua. De passione dñi. De iuda peditore. De cruce domini. De sepulchro ei. De resurrectione ipsius. De accusato et iudicato dño apud Pilatum. De kalendis ianuarii. Coposuit etiam homelias plurimas: uidelicet. De natiuitate dñi. De epiphania. De penthecoste. De hostibus carnalibus non timendis. De gratia post cibum deo agenda. De penitentia nimitiaz: et alias multas. Quiescit autem honore et theodosio iunior imperantibus.

¶ De sanctis innocentijs martiribus. Cap. x.



Innocentes martyres ab herode ascalonita interfecti sunt. Tres enim fuerunt herodes propter eorum infamam crudelitatem famosi. Primus fuit herodes dictus ascalonita: sub quo natus est dñs: et pueri occisi sunt. Secundus fuit herodes antipas: qui iohannem decollauit. Tertius agrippa qui iacobum occidit: et petrum incarcerauit. ¶ Herodes ergo ascalonita fuit filius antipatris idumei: qui nepos regis arabum dicitur: et qua hunc filium habuit herodes: ut dicitur in historia scholastica: qui postmodum ascalonita dicitur.